



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 41. Scriptorum Religione Catholicorum opera & decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Sæc. XVIII. Ducissa de Noailles quinquagenaria,  
A.C. 1739. & tricenaria Catharina Colon Bervici  
 Ducis Vidua Madriti, ac die decima  
 septima Novembris sexaginta novem  
 annos nata Maria Amalia Saxo-Ci-  
 tiensis Ducissa. Insuper nocte, quæ  
 diem octavam & novam Novembris  
 interfecat, sexagenarius mortuus est  
 Bruxellis Anselmus Franciscus Princeps  
 de Tour & Taxis, vere Pater paupe-  
 rum & Religiosorum, quapropter hi  
 ob insignia pene hæreditariæ clemen-  
 tiæ beneficia vivam grati animi sui me-  
 moriam assiduis precum suffragiis ad  
 hanc usque diem contestantur. Deni-  
 que Mense Decembri Pragæ Maria Joan-  
 na Princeps de Lobkowitz quinquage-  
 naria, & Bruxellis anno vitæ suæ tri-  
 gesimo quinto Elisabetha Alexandrina  
 Princeps de Ligne fatis cesserunt.

## §. XLI.

*Scriptorum Religione Catholicorum  
 decessus & opera.*

**H**oc item anno ex Catholicis Scripto-  
 ribus non pauci ob doctissimas suas  
 lucubrationes de Ecclesia & Republica  
 Literaria optime meriti vivis erepti  
 fuerant: Hos inter jure primus recen-  
 setur Edmundus Martene celeberrim-  
 um Benedictino - Maurianæ Congre-  
 gationis

gationis ornamentum: Hic jam Anno 1690. vastum commentarium in Regulam S. Benedicti edidit, eamque notis criticis, historicis, moralibus & liberalibus mirifice illustravit: Eodem quoque anno Lugduni duo elucubravimus volumina de antiquis Monachorum ritibus: anno autem 1700 doctissimum suum opus: de antiquis Ecclesie ritibus edidit, quod Anno 1736. Antverpiæ seu verius Mediolani maximam partem auctum secundo prælo donatum fuit: Præclarus hic auctor in hoc libro, quicquid antiquum, ac memoratu dignum de hoc argumento afferri potest plene exhaustisse videtur plurimum tam Amicorum, quam fautorum aut patrociniis, aut literaria ope usus, quorum laudes in sua commentatione profequi non prætermisit, atque inter eos præcipue celebravit Stephanum Baluzium, Joannem Daslions, du Troughat, Godofridum Hermas, P. Cælestinum a S. Joseph Carmelitam & alios, Ejusdem quoque meriti est aliud hujus Scriptoris opus seu tractatus de antiqua Ecclesie disciplina, Lugduni sexto post anno editus: Anno autem 1700. Rotomagi Spicilegium D'Achery continuaturus, publici juris fecit Collectionem novam veterum Scriptorum & monumentorum, cujus primus tomus duas

*Hist. Eccles. Tom. LXXVI. Qq com-*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

Sæc. XVIII. complectitur partes, secundus autem  
A. C. 1739. tomus, quo fato nescio, nunquam  
 publicam aspexit lucem: fors hunc de-  
 defectum supplevit Edmundus edita sua  
*novissima & amplissima veterum monumen-  
 torum collectione* novem majoris formæ  
 voluminibus comprehensa, quam post  
 suum literarium in Germaniam iter Su-  
 periorum suorum jussu unacum P. Ur-  
 sino Durand confectum prælo subjecti.  
 Plurimum etiam contulit ad augendam  
 San-Marteni Galliam Christianam; per-  
 illustratis enim omnibus Franciæ Mona-  
 steriorum & Ecclesiarum archivis ac  
 Bibliothecis pene innumera congesta  
 monumenta, quæ sub titulo: *Thesau-  
 rus novus analectorum* edidit, & Gallie  
 Christianæ inseruit: Insignes hocce  
 tractatus in acceptis referre debemus  
 binæ peregrinationi, quam ambo hi  
 doctissimi PP. Benedictini literarias  
 gemmas ex absconditis antiquitatum  
 fodinis collecturi susceperant, prout  
 ipsemet Edmundus descripsit in suo li-  
 bro, cui titulus: *literarium iter duorum  
 Monachorum e Congregatione S. Mauri.*  
 Cum autem in sua amplissima Colle-  
 ctione Stabulensis Abbatiae præten-  
 sionibus contra Malbundariensem Abba-  
 tiam suffragari videretur, hinc Mal-  
 bundarienses Monachi contra Edmun-  
 dum addiderunt librum sic inscriptum:  
 Ignatii

*Ignatii Roderique disceptationes de Abbatibus origine primæva & hodierna Constitutione Abbatiarum inter se unitarum Malbundariensis & Stabulensis: mox tamen adversus hunc Auctorem Edmundus edi curavit aliud opus, cui titulus: Imperialis Stabulensis Monasterii jura propugnata adversus iniquas disceptationes Ignatii Roderici de Abbatibus & origine Stabulensis & Malbundariensis Monasterii: Præterea Mabillonii Annales Ord. S. Benedicti prosequutus tres tomos edidit: Scripsit etiam vitam Ven. Claudii de Martin, ejusdemque Spiritualia exercitia, ubi tamen P. Philippus le Cerf in sua Bibliotheca Hist. Scriptorum Congr. Maur. pag. 306. observavit, Edmundum suæ existimationi melius consuluisse, si hujus Venerabilis Benedictini virtutes cum majori circumspeditione & crisi edidisset, & millenas puerilitates, aliæque facta charitati proximi adversa omisisset. Utut de hoc sit, omnino certum est, Edmundum fuisse Regularis observantiæ, modestiæ, aliarumque virtutum cultorem eximium, doctissimum, & assiduitate laboris nemini secundum, ejusque opera integram totius Antiquitatis Sacræ Bibliothecam complecti. Obiit ex apoplexia die vigesima Junii annos natus octoginta quinque. Il. Carolus de la Rue magnus*

Sæc. XVIII.

A. C. 1739.

Sæc. XVIII. gnum æque Luminare ejusdem Bene-  
A. C. 1739. dictinæ Congregationis, qui Græco &  
 hebraico idiomate instructissimus hor-  
 tante P. Montfauconio novam operum  
 Origenis editionem adornavit, totum-  
 que opus Clementi XII. nuncupavit,  
 in laboris præmium numismate au-  
 reo & alio argenteo ab eodem Papa  
 honoratus: cum autem tertium tomum  
 ejusdem operis edere pararet, pariter  
 apoplexia obrutus Parisiis in Abbatia  
 S. Germani de Pratis die quinta Octo-  
 bris anno ætatis suæ quinquagesimo  
 quinto vitam & calamum posuit, hunc  
 ipsum autem tertium tomum Vincen-  
 tius de la Rue Caroli Avunculus anno  
 priori edidit, & quartum prælo sub-  
 jecit. III. P. Viani Ord. Servorum B. V.  
 Vicarius Generalis, Ambrosio Mezza-  
 barbæ Vicario Apostolico a Confessio-  
 nibus, & Ejusdem in Sinensi Legatione  
 Socius, qui Theologica prolegomena  
 valde erudita edidit, & cujusdam a-  
 nonymi tractatum *de Brutorum anima*  
 Italice reddidit, ac denique scripsit Hi-  
 storiam eorum, quæ idem Joannes Am-  
 brosius Mezzabarba in Sinensi Imperio  
 gessit: Cum vero illi, qui prohibitos  
 Sinensium ritus pertinacius propugna-  
 bant, per auctoritatis Virum, testem  
 coævum, fide dignissimum contuma-  
 cem suam oppositionem luculenter de-  
 tectam

tectam ægerrime ferrent, hinc ad im-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 minuendam scriptoris auctoritatem A. C. 1739.  
 hunc librum Vianio duntaxat supposi-  
 tum, imo a quodam hæretico scriptum,  
 & non Parisiis, sed Amstellodami im-  
 pressum comminiscuntur: Attamen hu-  
 jus commenti falsitatem ipsiusmet Via-  
 ni characteres adhuc in Conventu ex-  
 stantes produnt. Ceterum hic Auctor  
 Neapoli decessit anno ætatis quadrage-  
 simo nono. IV. Virginus Valeschius  
 Ord. S. Benedicti ex Congregatione Cas-  
 sinensi, qui edidit dissertationem de  
 M. Aurelii Antonini Elagabali Tribu-  
 nitia potestate, quam ab objectis Joan-  
 nis Vignolii & Philippi a Turre egregie  
 defendit: Elucubravit quoque episto-  
 lam de veteribus Pisanæ Urbis consti-  
 tutis, quæ in Hofmani Bibliotheca ju-  
 ris publici reperitur: item Valeschius  
 scripsit alium optimæ frugis librum de  
 indulgentiis & dispositionibus ad eas  
 fructuose consequendas, & denique  
 Joannem Gersen libri de imitatione  
 Christi Auctorem fuisse, edita lucubra-  
 tione propugnavit: Obiit die nona Julii  
 anno vitæ suæ quinquagesimo nono  
 nondum expleto. V. Franciscus Massu  
 Benedictinus Congregationis S. Vitoni,  
 qui Meditationes in singulos anni dies  
 publici juris fecit, & ad voluminosum  
 opus, quod *Lotharingiam Christianam*

Sæc. XVIII. inscripsit, ingentem congeffit monu-  
A. C. 1739. mentorum apparatus: Decessit Nan-  
 cæi die septima Martii anno ætatis suæ  
 sexagesimo. VI. Josephus Tournemine  
 Jesuita, qui Menochii commentaria au-  
 xit, scripsitque reflexiones in Atheis-  
 mum, epistolam ad P. Lamy de ulti-  
 mo Paschate Christi Domini, & aliam  
 in quæstionem *an Christus Dominus in*  
*ultimo vitæ suæ anno agnum Paschalem*  
*comederit?* integram hanc Tournemini  
 epistolam P. Honoratus a S. Maria Cat-  
 melita Excalceatus in suis animadver-  
 sionibus ad Regulas Criticas recitat;  
 & alia ad Eundem scripta ejus opinio-  
 nem pro more suo non minus solide,  
 quam modeste confutat. Alias quoque  
 epistolas hic Auctor edidit & quidem  
 I. ad Roquium responsi loco ad con-  
 futationem P. Calmeti circa idem ar-  
 gumentum. II. Ad Principem de  
 Dombes circa lectionem commentario-  
 rum Cæsaris. III. De immortalitate  
 animæ & incredulitatis origine. IV.  
 De gemino Cyro, edidit insuper plures  
 dissertationes, ac I. de origine Gallo-  
 rum, cujus tamen opinionem P. Jo-  
 sephus Vayfette Benedictinus confuta-  
 vit. II. De systemate Dynastiæ  
 Ægyptiacarum per Marshamum, & re-  
 sponsum ad apologiam Marshami. III.  
 de origine variorum populorum Africae.  
 IV. De

IV. De Tertulliani Catalogo hæresum. Sæc. XVIII.  
 V. Exstant quoque variæ ejusdem reflexiones & quidem I. in dissertationem A. C. 1739.  
 P. Pazron de antiqua habitatione Chananæorum, II. in Fabulam Iphigeniæ  
 III. in Dissertationem Leibnitii circa originem Gallorum & unionum animæ & corporis. IV. In Atheismum quibusdam populis imputatum, V. in originem Maurorum & Americanorum VI. in modum corrigendi versionem LXX. VII. in Prophetiam Jacob, *non auferetur &c.* VIII. de origine differentiarum textus hebraici, editionis Samaritanæ, & versionis Interpretum LXX. circa annos Prophetarum. Plures insuper libros scripsit sub titulo Explicationum, uti I. Explicationem rarissimorum numismatum Faustissimæ Matris & Gallieni, & Adriani Imperatoris. II. In Janum III. in Sigillum Michaelis Angeli IV. cujusdam singularis numismatis & duorum lapidum incisorum V. in Isaiæ c. VII. v. 8. & Pl. XIV. v. 10. *dicite in gentibus &c.* VI. Quorundam textuum Evangelistarum contra Mallemanum VII. variarum inscriptionum. Præter hos libros adhuc memoratu digni sunt sequentes: dilucidatio in Historiam Domini de Prideaux; conjectura de unione corporis & animæ, apologia novi systematis chronologici,

Qq 4

con-

Sæc. XVIII  
A. C. 1739.

conjectura in auctorem excerptorum de doctrina orientali Clementi Alexandrino adscriptorum. Historia Rufforum, Historia Regis & familiæ Stanislai, conjectura de supposititiis quibusdam libris Cypriani & Firmiliani, responsum ad dissertationem de Triumphatu Galbæ, Ottonis &c. contra P. Panel, libertas sentiendi de Religione, necnon alia quædam Trivoltiensium commentariis inserta: Decessit hic Author die decima sexta Maij anno vitæ suæ septuagesimo nono.

§. XLII.

*Opera & decessus quorundam Scriptum A catholicorum.*

Occurrunt pariter ex Protestantibus nonnulli, qui suis lucubrationibus nomen sibi apud suos compararunt, hocque anno vitæ suæ finem fecerunt. Hos inter celebriores sunt. I. Joannes Georgius Frick Lutheranus, qui publici juris fecit dissertationes de initiis eruditionis apud Romanos, de Druidis occidentalium populorum philosophis, observationes de Joanne Morono Cardinale, & quasdam relationes de Theodoro de Neuhof Corsicano Rege. Obiit die decima septima Aprilis Ulmæ, annos natus triginta sex. II. Joannes Frick